



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Confessor

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

consecrationem, peccat. mort. committit, & cum contritione communicat, vel relictum ab alio moriente inchoatum sacrificium post consecrationem perficit. *Ex Suarez to. 3. dist. 66. sect. 7.* Dicentem se non pœnitere, propter Deum, non auderet Sot. absolueret. *d. 18. q. 3. art. 2. in fin.*

Confessor, vide Absolutio, Archipresbyter, Confessio.

1 **C**onfessorem eligere potest, qui habet curam animarum, vt Parochus, & Prælatus Religionis exemptæ, & Vicarius Episcopi; item Cardinalis, & Decanus & Archidiaconus: Potest & Cardinalis dare suæ familiæ Confessorem.

* *Vide Nau. in c. Placuit citatum. nu. 29. & 38. Tol. l. 3. c. 13. nu. 8. & 9.*

2 Familiæ Episcopi Confessor est Parochus proprius, vel Ecclesiæ Cathedralis: peregrinorum verò, & vagabundorum, & mercatorum, vel mercenariorum vagantium Parochus loci, vel alioqui approbatus Confessor.

* *Vide Tol. l. c. numer. 11. & 12. De peregrinorum, & vagantium Confessario Ioann. Med. q. 31. l. c.*

Qui habet licentiã peregrinandi à Parocho potest ibi expiare, diuino ritu, crimina, ubi tunc est. *Nau. l. c. nu. 62.*

Qui habet facultatem eligendi quemlibet, potest

potest absolui à non exposito. *Tol. l. c. 14. n. 11.*
 3 Nullus potest audire confessiones secularium etiam Sacerdotum, nisi Parochus, aut qui fuerit ab Episcopo ad id approbatus. *Ex Trid. Concil.*

* *Trid. sess. 23. c. 15. {etiam} vide Palud. 4. d. 17. q. 4. Nau. c. Placuit. cit. num. 52.*

4 Regulares non possunt laicorum, aut etiam Clericorum secularium confessiones audire, nisi à suis Prælati ad hoc munus propositi obtineant approbationem ab Episcopis, in quorum diocæsi bus confessiones sunt audituri. Non potest Episcopus quem reperierit & doctrina, & alijs requisitis idoneum non approbare: neque quem prævio examine, ut simpliciter idoneum semel approbarit, rursus examinare; potest eius tamen successor.

5 Semel alicubi approbatus non potest ubiq; audire confessiones, neq; etiam illius poenitentis, qui habet facultatem eligendi sibi Confessarium approbatum; sed opus est approbatione Episcopi eius diocæsis, in qua degit. Imò Episcopus ipse, si velit eligere Confessarium sibi non subditum, debet eligere approbatum ab Episcopo, cui est subiectus. *Ex sacra Congre. declarat. 1158. & 1160.*

6 Religiosi de licentia sui Prælati possunt confiteri cuius Sacerdoti etiam non approbato, ut poterant ante Concil. Trident. id enim in hoc

hoc nihil mutauit. *Nau. c. 4. nu. 7. Suarez disput. 28. de pœnit. sect. 4.*

* *Nau. c. Placuit cit. nu. 43. Vial. l. c. conclus. 5. § Trid. 3. sess. 23. c. 15.*

7 Sacerdotes seculares ex consuetudine confitentur cuius approbato.

* *Vial. l. c. concl. 4. Sot. l. c. etiã si sit alienus, etiam post Conc. Trid. Naua. l. c. nu. 28. & 43. vide Gab. in can. lect. 3.*

8 Excommunicatum, & suspensum à iurisdictione possente licentiam audiendi confessiones, vel alteri confitendi docuerunt *Palud. in 4. d. 23. q. 2. art. 2. Syl. Ver. Practio. nu. 4. Armil. verb. cod. num. 5.* Sed oppositum est tenendum, quando id non fit per modum simplicis consensu, sed per modum iurisdictionalis concessionis. Idem dicendum est de approbatione ad confessiones, quia hæc non est qualicumque declaratio idoneitatis, qualem potest facere publica Academia, aut virorum doctorum attestatio, sed est declaratio iuridica: & ideo à Concil. Trid. soli Episcopo ordinario Iudici in spiritualibus commissa.

9 Quantum ad confessionem, & communionem, & alia tibi vitia proprius Sacerdos est, ubi de præsentibus habitas, nec potes commotuum adire. *Ex Syl. Quod mihi videtur valde notandum.*

* *Tol. l. 3. c. 13. n. 11. Vide Sanchez t. 1. de matrim. l. 3. d. 25. Syl. confess. 1. num. 2.*

10 Qui habitat, an sit idoneus ad audiendas confessiones, Superioris præcepto excusatur, non autem si sciat se ad id esse ineptum, seu insufficientem. Excusatur & imperitus si audierit confessionem, vel alicuius, tempore necessitatis, ut morientis, vel ab infidelibus capti, vel soliti confiteri solum venialia.

* *Nau. c. 4. nu. 14. § Periti. Idem nu. 13.*

11 Prælati approbato prohibens audire confessiones, non ideo facit inuvalidam Absolutionem, nisi ei auferat iurisdictionem.

12 Confessor non tenetur interrogare quem putat se prius bene examinasse, etiam si credat in genere illi aliquid omittere: est enim sufficiens illa confessio. Nec si aduertat illum omittere aliquid quod probabiliter putet non esse peccatum mortale, tenetur illum monere, nisi res esset, quam ille scire teneretur, an esset peccatum in proximi damnum vergens: quam, si nulla ex monitione speratur utilitas, relinqui potest in sua bona fide.

* *Vide Syl. Confessor 3. nu. 17. 18. Nau. c. 5. num. 2.*

Tol. l. 3. c. 18. 19. Sot. l. c. q. 2. art. 4.

§ *Nec si* § *Io. Med. legendus q. 19. vbi multa de hac re* § *Damnum* § *Io. Med. l. c.*

§ *Bona fide* § *vide Sanchez. l. 2. d. 38. de matrimonio vbi multa de hac re.*

13 Si poenitens nihil de peccatis cogitauit, non audiendus, nisi esset periculum mortis aut putaretur damnum alioqui graue secuturum;

E

tunc

tunc enim examinandus.

* *Nau. in c. Fratres citatum nu. 94.* {Periculum mortis} & dum sumenda est Eucharistia, quae differri nequeat sine scandalo. *Nau. l. c. nu. 87.*
 & §. *Diligens de penit. d. 6. nu. 15.*

14 Tenetur Parochus audire subditi confessionem, nisi iusta causa impediatur: et si quidam putant non teneri, nisi cum ille confiteri tenetur.

* Tenetur { *Nau. c. 25. nu. 131. Adria. Sor. l. c. V. d. l. c. q. 10. p. 3. Vival. de confes. nu. 22.*

Et si quidam { *Fum. Confessio 38. Rich. 4. d. 1. art. 2. q. 3. Io. Med. l. c. q. 37.* multis hanc fulciant sententiam. *Syl. Confessor. 1. §. 14. 15.*

15 Confessor Episcopi, vel Superioris exempti, potest in ipsum absoluendo, & dispensando, quidquid ille potest in subditos.

16 Habere ordinariè duos Confessores, alterum cui graua dicas, alterum cui leuia, vt probè habearis, quidam dicunt esse peccatum mortale ob illud Confessorem, secus verò esse, si si mel ac iterum fiat ob pudorem & verecundiam.

* *Vide Vival. l. c. nu. 63. Syl. l. c. §. 6. Viet. nu. 19. Nau. c. 21. nu. 40.* dicit, id. p. m. esse, cum hoc in finem mortiferum: & bonum esse, si bonum sit finis, vni leuiora, alteri grauiora explicata ad retinendam existimationem, contra *Syl.*

17 Sigilli Confessionis obligatio non est, ubi non est confessio Sacramentalis, id est facta ad obtinendam Absolutionem, aut alioquin

cau

causa salutis: quare tunc potest peccatum pro-
di Iudici legitime interroganti, de quo tamen
vide IUDICIALES ACTVS, & SECRE-
TVM. Quod si quis simulata confessione ac-
cedat animo peruertendi Confessorem, aut
querendi auxilium ad peccatum, prodi potest.
Sotus dist. 18. q. 4. art. 5. Simon. de Cathol. Instr. tit.
4. num. 15.

** Nau. c. 18. num. 55. c. 8. num. 18. Sot. d. 18. q. 4. ar.*
concl. 5. Viual. de confess. nu. 64. 65.

Quod si *Sot. de ratione teg. m. 3. q. 4. Viual. de*
sigillo nu. 15.

18 Cognito magno Reip. periculo per con-
fessionem, sufficit generaliter monere, vt ca-
ueatur: potest & is, cui paratum est malum,
moneri, vt caueat tali loco, & tempore, modo
non sit periculum, vt prodatur poenitens.
** Sot. d. 18. q. 4. art. 4.*

Poenitens *3 id. de ratione teg. m. 3. quest. 4. post*
2. concl.

19 Tegēda omnia audita in confessione, quo-
rū reuelatione confessio redderetur onerosa;
itemq; omnia peccata aliena in ea audita: de-
niq; quidquid poenitens tegi voluit (debet, &
poenitens tacere, quod Cōfessor tegi voluit.)
Quidam tamen dicunt, non cadere sub sigillo
id, per quod peccatum nullum proditur.

** Peccata omnia etiā venialia, etiā cōmitten-*
da, criminis socij, crimina aliena, quidquid te-
dem retardare potest hominē à confessione,

tacendum. *Sot. d. 18. l. c. & de ratione teg. siue ab soluatur pœnitens, siue non; siue moriatur, siue non, semper obligat sigillam. *Viii. de sigillo nu. 12. Nau. c. 8. nu. 2.**

20 Non est contra sigillum, monere in commuæ Superiorem de peccato quod scis ex confessione solere committi, vt prouideat, modò ne prodatur quis in particulari, aut periculum sit, ne à Superiore per eam reuelationem deprehendatur.

*Vide *Eu. Confessor nu. 5. Naua. c. Sacerdos de pœnit. d. 6. nu. 167.* dicens Confessarium scientem monialem noctu è monasterio extrahendam Idque ex confessione, posse admonere Abbatissam, vt scelus impediatur, dum persona non exprimat. Quod alijs non placeret. Vide ultimam additionem ad hunc locum.

21 Occultè corripere postea pœnitentem dum auditis ab eo in confessione, etsi est illicitum, sed non contra sigillum confessionis; *Medi. c. de pœn. q. 51.* quamquam licere interdum indicat, *c. Sacerdos, de offic. Ord.*

**Nau. c. 24. num. 13. Sot. de ratione tegendi m. q. 2. concl. 4.*

22 Si duo Confessores eundem audiant, non poterunt postea inter se de illius peccatis loqui, nisi ille credatur boni id consulere.

**Sot. d. 18. q. 2. art. 6. in fine. Sot. fractionem sigilli ex defectu deliberationis, posse esse veni*
alea

alem docet: *deratione teg. m. 2. q. 2.*

Nau. c. 8. 19. Val. l. c. q. 13. p. 4. Vinal. de sigillo nu. 11.

23 Potest cōfessor iurare se nihil scire, imò nihil se audisse tale in cōfessione, subintelligendo, sic vt dicere teneatur: eodemque modo potest pœnitens iurare se nihil, aut nihil tale dixisse in confessione.

** Nau. nu. 12. Val. p. 3. l. c.*

Sic vt *Nau. ibid nu. 10.*

Vide Vinal. de sigillo à nu. 31.

24 Non est contra sigillum dicere, Iste mihi confessus est peccata sua, vel peccata venialia, modò nihil prodat in particulari.

25 Quem Episcopus sola confessione scit irregularem; debet petentem ordinare, nisi habeat aliquam causam negandi honestam aut absit periculum reuelatæ confessionis.

26 Nec in occulto licet vitare quem per solam confessionem scis excommunicatum.

27 Tenentur ad sigillum quouis modo confessionis conscij: itaque & is à quo Confessor consilium petijt, & cui illicitè reuelauit, & cōfessionis interpres: quamquam horum, quidam aiunt, non parem esse atque Confessoris obligationem, esse tamen obligatos suo modo.

** Nau. c. 8. nu. 7. Sor. l. c. non tamen arcano illo sigillo confessionis.*

28 Contra reum proditum reuelata confessione, non potest procedi, transit enim illa notitia

titia cum onere sigilli.

* *Nau. in §. Sacerdos de pœn. d. 6. num. 44. & nu. 7. Sot. d. 18. q. 4. art. 5. in fine.*

29 Potest pœnitens dare licentiam reuelandi; potest & datam, cum voluerit reuocare.

* Ad suam, aut aliorum salutem *Sot. de ratione reg. q. vlt. concl. 5. dub. 4. Nau. ca. 8. num. 15. & c. Sacerdos de pœn. d. 6. Couar. epit. p. 2. c. 8. §. 12. num. 11. at Scot. Dur. Alenf. & alij.* dicunt neque de licentia pœnitentis licere detegere scelera cognita in confessione. Vide *Val. l. c. p. 4. Io. Med. q. 45. civ.*

30 Pœna reuelantis confessionem, est depositio, & perpetua pœnitentia in Monasterio.

* *Vide c. Sacerdos de pœn. d. 6. & cap. omnis vtriusque. Vial. de sigillo nu. 39.*

31 Vfurarius publicus non est admittendus ad confessionem, antequam det cautionem de restitutione vsurarum.

* *Vide c. Quanquam de vsur. l. 6. Tol. l. 5. c. 36. Addit. §. Narrare crimina, etiam mortifera, in confessione audita, dum nullo modo peccator cognosci possit, non est sigilli fractio. Nau. c. 8. nu. 12. Palu. Adri. Sot. Val. l. c. contra Pano. in c. omnis, Vic. nu. 188. Vial. de sigillo nu. 33.*

Neque ad probationem matrimonij, vt indocti quidam dixerunt, neque ad vitandam grauissimam reip. perniciem frangi potest sacrum sigillum, peccatore prodito. *Couar. in c. Alma*

mater

mater

logo

Iud

ptacu

non

sed si

q. 4. a

Ex

specie

Sig

ditur

sam e

Do

inter

tum i

facru

docti

Si

uelati

bium

quod

Syl. con

Tac

docto

nitens

re dub

Qu

nandi

Palud.

proba

Mat. 2. p. c. 8. num. 10. ex communi Theologorum.

Iudex, si repertam paginam, in qua quis piacula sacro ritu expianda descripsit, legat, non potest ideo de ijs sceleribus inquirere; sed silentio ea tegere perpetuo debet. *Sot. d. 18. q. 4. art. 5. in fine.*

Explicare p. m. in genere, vel veniale in specie fractio sigilli est. *Nau. c. 8. nu. 3.*

Sigillū id omne ex confessione notū cōpletur; cuius explicatio onerosam, aut odiosam confessionem reddere potest. *Vd. l. iam c.*

Dona Dei, virtutes, & alia quaedam obiter inter confitendum narrata nullum peccatum indicantia ad naturale sigillum, non ad sacrum, spectant, si ita voluit pœnitens. Ita docti quidam.

Si nequeas tuum crimen confiteri sine revelatione auditi criminis in confessione, dubium est; an id explicandum: probabilius, quod sit. *Sot. d. 18. q. 4. art. 5. negat Nau. l. c. nu. 3. Syl. confess. 3. §. 8.*

Tacendum nomen confitentis, dum viros doctos consulit Confessarius, sed si nolit pœnitens, ne in genere quidem consilium peti, re dubia, non absoluat. *Sot. l. c. art. 6.*

Qui habet ab Episcopo licentiam peregrinandi, ab alieno confessario absolui potest. *Palud. 4. d. 17. etiam à reseruatis, sed hoc improbat Nau. in. c. Placuit de pœn. d. 6. nu. 63.*

Parochus iplo iure, titulo occultè amisso, si toleretur validè absoluit; non autem si notoriè ipso iure, vel per sententiam priuatus sit. *Nau. l. c. nu. 179.*

Confessor in grauioribus dubitationibus non potest quamcunque opinionem, quæ illi (per errorem forsitã) probabilis videri possit, amplecti; sed doctiores, piosque Confessarios consulere tenetur, ne temeritate ductus animabus periculũ creet, sibiq; exitium inſœlixi. *ex Salon in .2.2. q. 63. ar. 4. contro. 2. col. penult.* Notet hæc indoctus, & audax confessarius hostis potius, quam medicus animarum, & respiscat.

Quando Confessor vti possit noticia Confessionis, docet *Sol. l. cit. de ratione reg.* Vide de hac re Sanchez fusè differentem *l. 3. d. 16. nu. 1.* ubi relicta cõmuni sententia, putat Confessarium ita debere se gerere, ac si nihil audiuisset. ita *Fu. Confessor nu. 7. Bannes 2. 2. q. 33 ar. 8. ad finem.* Hoc suis præcipit confessarijs Claudius Aquaiua Præpositus Generalis Societatis Iesus & Clemens Octauus anno 1594. 26. die mensis Maii regularibus præcepit, ne noticia confessionis vtantur ad externã gubernationem.

(?)

Con